

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1784**

**VD18 13322648**

§. 7. Actum de Concilio Provinciali Embroduni celebrando.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

„solutione de cætero non exemptos, Sæc. XVIII.  
„confuetis Universitati juribus; ubi A. C. 1727.  
„etenim juvenes per examinatores præ-  
„fatos idoneos repertos Officiales Uni-  
„versitatis ad eosdem gradus promo-  
„vere renuerint, poterunt ad gradus  
„prædictos promovere Lectores, &  
„Ministri præfati nostri Ordinis. Illud-  
„que quam maxime concedimus, vo-  
„lumus, decernimus, & mandamus,  
„pro Loci, in quibus sæcularibus stu-  
„dentibus Doctrinæ D. Thomæ, prout  
„in hujus receptissima schola traditæ,  
„gradus ultro non pateant.,”

Hanc Pontificis Bullam non modo  
Sabaudiæ Dux, sed & Imperator in  
suis Provinciis promulgari voluit, &  
Cardinalem Cienfuegos reprehendit,  
eoquod sese eidem opposuisset.

### §. VII.

#### *Actum de Concilio Provinciali Em- brodum celebrando.*

Hæc dum Romæ gerebantur, seria  
admodum scena aperiebatur in  
Galliis; cum enim Joannis de Soanen  
Sanitiensis Episcopi pervicacia, & Pon-  
tificiæ non minus quam Regiæ auto-  
ritatis contemptus eo usque ascende-  
ret, ut schisma in Ecclesia, & sedition  
in Regno haud immerito pertimescenda  
effet,

**Sæc. XVIII.** effet, hinc Rex habita cum Franciæ  
**A. C. 1727.** Episcopis consultatione decrevit, ejus  
 caussam in solemini suæ Provinciæ Sy-  
 nodo esse dijudicandam. Erat hic  
 Episcopus, ejusque Diæcesis Archi-  
 episcopi Embrodunensis jurisdictioni  
 subjecta; ibidem ergo celebrari oppor-  
 tuit Synodus, quam etiam Petrus de  
 Guarin de Tencin Archipræful Embro-  
 dunensis ex Regis mandato Embroduni  
 ad diem decimam sextam Mensis Au-  
 gusti indixit, transmissa ad suum Cle-  
 rum epistola sequenti die 15. Junii Gra-  
 tianopoli data: *Reverendissimis Fratribus*  
*Episcopis comprovincialibus, necnon vene-*  
*rabilibus Decanis, Capitulis, Abbatibus,*  
*Conventibus, Prioribus, cæterisque nostræ*  
*Embrodunensis Provinciæ Ecclesiasticis Per-*  
*sonis, quæ de jure, vel consuetudine Con-*  
*cilio Provinciali interesse debent, Salutem*  
*in Domino.*

„Cum eæ sint muneris nostri partes,  
 „ut necessitatibus Ecclesiarum Provin-  
 „ciæ nostræ sedulo invigilantes, præ-  
 „sentibus, si quæ sint, medeamur ma-  
 „lis, futurisque occurramus, Sollici-  
 „tudinem nostram Pastoralem visum  
 „est convertere, juxta Sacrorum Ca-  
 „nonum præscripta. ad celebrationem  
 „Concilii Provincialis, ubi in Spiritu  
 „Sancto Congregati, & arma Lucis in-  
 „duentes, ea statuamus, quæ ad fidei  
 „puri

„puritatem, integritatem morum, Ec Sæc. XVIII.  
„clesiaſtīcæ Disciplinæ conſervationem, A C. 1727.  
„abusum, excessuumve . . . corre-  
„tionem, Scandalorum propulsationem  
„prodeſſe coram Deo videbuntur. Quam-  
„obrem Concilium Provinciale in Ec-  
„clesia noſtra Metropolitana Embrodu-  
„nensi ad diem decimam ſextam Men-  
„ſis Auguſti, videlicet poſtridie Affum-  
„ptionis Beatæ Virginis Mariæ præfen-  
„tis anni millesimi ſeptingentesimi vi-  
„gesimi septimi, decrevimus haben-  
„dum & inchoandum: Et ad eum fi-  
„nem Reverendissimos Dominos Epi-  
„ſcopos Provinciæ noſtræ per Literas  
„ad ſingulos nominatim directas evoca-  
„vimus, ac denuo evocamus. Et in-  
„ſuper universis & ſingulis, qui de jure  
„vel consuetudine dicto Concilio debent  
„interesse mandamus & præcipimus,  
„ut amoto quovis excuſationis non le-  
„gitimæ obtentu, in Civitatem Embro-  
„dunensem ad celebrationem Concilii  
„noſtri Provincialis convenire, & com-  
„parere non prætermittant, & ad illud,  
„præhabita coram Deo deliberatione  
„deferant, quæ diſcutienda, corrigen-  
„da, promovenda judicabunt; atque  
„hoc præſenti Decreto declaramus, nos,  
„non obſtante convocatorum absentia,  
„aut contumacia, illius initium dicta  
„die ſine ulla prorogatione facturos.

„Man-

**Sæc. XVIII.**, „Mandantes interim, ut hoc præsens  
A. C. 1727., „Edictum nostrum, ne cui detur igno-  
 , „rantiam obtendendi locus ad valvas  
 „tum Ecclesiæ nostræ Metropolitanæ,  
 „tum singularum Cathedralium, ac  
 „cæterarum in tota nostra Provincia  
 „insignium Ecclesiarum affigatur. Quod  
 „in Dei gloriam & honorem, feliciter,  
 „Dei juvante gratia, cessurum confidi-  
 „mus.,

### §. VIII.

*Sanitienis Episcopus cum ceteris Pro-  
 vinciorum Praefulibus ad Syno-  
 dum invitatus.*

Præter inductionis decretum insuper  
 Tencinus Embrodunensis Metropo-  
 lita eodem humanitatis officio, quo  
 ceteros, etiam Joannem de Soanen  
 Sanitiensem Episcopum ad hanc Sy-  
 nodum invitabat, missis ad eum die  
 decima quinta Junii encyclicis hisce  
 literis:

*Reverendissime Domine.*

„Ex quo in partem Sollicitudinis Pa-  
 storalis Divina Providentia vocati,  
 „in specula Provinciæ Embrodunensis  
 „fuimus constituti; vota nostra iis vo-  
 „tis adjunximus, quæ jam dudum  
 „concepere Episcopi Galliæ de Conci-  
 „liis